

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: Ad locum Ciceronis, vitiorum emendatricem legem esse oportet comendatricemque virtutum: ab eaque vivendi doctrina ducatur comentatus est, 31 Jan 1795

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Ad locum Ciceronis,
 vitiorum emendatricem legem esse oportet
 comendatricemque virtutum: ab eays viren-


ti doctrina ducatur,
 comentatus est

Christoph. Henric. Sollius.

a. D. xxxi. Jan. 1772
 1795.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include a date and a name.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include a date and a name.



Handwritten text on the right edge of the page, partially visible. The text is written in a cursive script and appears to be a list or index of entries.

Handwritten text on the right edge of the page, partially visible. The text is written in a cursive script and appears to be a list or index of entries.

280.

Director excellen-
tissime, Socii ornatissimi!

Omnibus fere mortalibus commune esse videtur, ut vitam, quam maxime fieri potest, sibi querant beatam, & omnem in ea consequenda operam adeo industriam consumant. Nego vero alia ratio illius adipsos nobis concepta est, nisi ut certis legibus, viam, qua tutissime illuc perveniri possit, monstrantibus, obediamus. Sunt vero eadem fere bene & sapientes constituta legis nostre, quae universae vivendi doctrinae partes. Concine de hoc, vitorum emendatricem, Cicero inquit, legem esse oportet, commendatricemque virtutum: ab eaque vivendi doctrina Ducatur.

Primum igitur, ut ad vitam, ita ad legem requiratur, ut vicia arceantur emendenturque. His enim

omnis quasi agendi vis eximitur, quævis bona
 corrumpuntur, præclari conatus infringuntur,
 consiliaque vel optima, disturbantur. Quæ quum
 vel maxime fini homini proposito contraria
 sint, bonæ legis imperium est, quibuscumque
 modis fieri potest, malis inde orituris ob-
 viam ire. Ea demum omnem vitam
 nostram regit, omniaque ad utilitates nostras
 refert atque disponit. Atque legis præsidio
 fortune nostræ et vita nostra improborum
 hominum injuria violentiaque continuo ex-
 posita forent. Sunt autem hæc necessaria
 agendi adminicula, quibus diminutio vel
 ademptio tum corporis tuendi, tum ingenii
 exornandi facultas nobis eripitur. Neque
 vero in solum bonæ legis esse ducatur, ut
 vim injustam arceat, sed multo etiam
 potius illud est, ut provideatur, ne pro-

germinent vitia, & ne præbeatur materia,
qua aluntur & ad maturitatem perventuri,
denique in scelus & flagitium prolabantur.
Atque in hoc demum posita est emendatio,
quam legumlator potissimum spectare
debet.

Accedit jam secundo loco, ut virtutes com
mendentur promoveanturque. Solo enim metu
poena homines continere admodum est
difficile; quum plerique aut metu non af-
ficiantur, aut poenam effugere posse sibi
persuadeant. Certissimum remedium a doc-
trina est & efformatione animi præbendum est.
In quo primum est, ut ad intelligendam
boni rectique deducatur mens, & ab his, quæ
pravæ & nocendia sunt, abhorreat. Ita
notionibus veri bonique imbutus animus
sponte sua a malefactoris abstinere, &
lege vel non cogente, nec ulla poena
infligta, quod sibi & ceteris salutare est

ultra expedit. Quo circa legum laboris praecipua cura esse debet institutio, qua in-
 enarrabilem bonorum fecundissima ma-
 ter est. Ita efficitur, quod Cicero postu-
 lat, ut sit lex emendatrix vitiorum, conser-
vatrice virtutum.